



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

De translatione Festorum. c. 15

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Rubricæ Generales

vel de festo simplici in collegiatis Ecclesijs dicantur due missæ, alioquin in missa de die fiat cõmemoratio, (vt dictus est) p defunctis. Excipitur tñ totum tẽpus Pascale, & qñ per annum officium est duplex, vel semiduplex, quibus temporibus non dicitur missa principalis pro defunctis, nisi in die Depositionis defuncti, & in Annuario pro defunctis. Et similiter, nisi fuerit duplex quocumque die dici possunt priuate missæ pro defunctis, pterquã in Dominicis. ¶ In die Cõmemorationis omnium Defunctorum, & in die Depositionis, & in Annuario defuncti, dicitur vna tantum Oratio, in alijs missis, plures, vt in Rubrica de Commemorationibus, & Orationibus dicitur.

¶ Sequentia pro defunctis dicitur in die Omnium Fidelium Defunctorum, & Depositionis defuncti. In Annuario autem & missa cõmuni pro defunctis dicatur pro arbitrio sacerdotis.

¶ De Translatione Festorum. Cap. 15.

In dicendis missis seruetur ordo Breuiarij de Translatione festorum dupliciũ & semiduplicium, qñ maior aliquo festo, seu Dñica impediuntur. In Ecclesijs autem, vbi titulus est Ecclesie, vel concursus populi ad celebrandum festum, quod transferri debet, possunt cantari due missæ, vna de die, alia de festo, aut saltem commemoratio fieri de festo, si eo die de festo in illa ecclesia officium fieri non debeat.

¶ De Commemorationibus. Cap. 16.

Cõmemorationes in missis sũnt sicut in Officio. De festo simplici fit commemoratio in missa, qñ de eo in officio facta est cõmemoratio in vespere. Dñ autem de eo fit commemoratio tñ ad laudes, in missa solẽni nulla fit cõmemoratio de eo, sed in missis tantum priuatis. De Dñica fit cõmemoratio, qñ in ea fit de festo duplici. De octaua fit cõmemoratio, quãdo infra octauam fit de aliquo festo, nisi illud festum fuerit de exceptiuis in rubrica officij de Commemorationibus. Itẽ quãdo infra octauas fit de Dominica. De Feria fit commemoratio in Aduentu, Quadragesima, Quatuor Temporibus, Rogationibus, & Vigilijs, qñ missa dicenda est de festo duplici vel semiduplici illis temporibus occurrente. Sed in ecclesijs Collegiatis, vbi plures Sacerdotes quotidie celebrant, in Ferijs, Rogationibus & vigilijs predictis, quę habent missas proprias, dicitur due